

Theodor Fritzsche

**Virum praenobilissimum Augustum Vermehren superioris ordinis magistrum
collegam spectatissimum post XXXVI muneris scholastici annos ad otia honesta
se convertentem piis votis pro salute nuncupatis prosequitur Schola Cathedralis
Gustroviensis**

Gustroviae: Typis Waltenbergianis, [1880?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1042000212>

Druck Freier  Zugang  OCR-Volltext

VIRUM PRAENOBILISSIMUM

AUGUSTUM VERMEHREN

SUPERIORIS ORDINIS MAGISTRUM

COLLEGAM SPECTATISSIMUM

POST XXXXVI MUNERIS SCHOLASTICI ANNOS

AD OTIA HONESTA SE CONVERTENTEM

PIIS VOTIS PRO SALUTE NUNCUPATIS

PROSEQUITUR

SCHOLA CATHEDRALIS GUSTROVIENSIS.

ADDITA EST THEODORI FRITZSCHII EPISTULA.

GUSTROVIAE.
TYPIS WALTENBERGIANIS.

Quid mihi Tu, Vermehren, agis? Te subtrahis ipsum,
Qui per tot volucres docuisti subtrahere annos
Et puerorum imberbe genus iuvenumque superbum,
Te nobis, inquam, Tu subtrahis? At quis, amabo,
5 Thermometrum nostri coetus curabit aquosum
Pollicis impulsu? Quis et expurgare valebit
In pausis stomachosque graves scrupulosque iocos
Historiis nostros? Disiectos atque libellos
Per mensas patiens quis erit componere, Tu si
10 Deserere audebis collegas? Adde quod omnes
Nos, si quid miri faciet natura, velut si
Sol tegitur luna, sive Aetna gemit lapidesque
Egerit, ad Tua consuetos oracla meare
Destitues inopes? Quid nos fugis ore sonantes
15 Uno omnes: quid agis? fidos linquisne sodales?
Tu tamen obnitens precibus Te subtrahis atque
»Dulcius heu! mansisse fuit, sed fata negabant«
Hoc reliqui facis ut tristes cantemus abisque.
Namque Tui desiderium refugis pueris et

- 20 Collegis linquens et iu otia digna recedis.
Hoc magnum est, mihi crede! Deus maiora benignus
Concessit Tibi, quod validus membrisque vigensque
Mente capis longi nunc praemia iusta laboris.
Nam tulit hocce mathematico physicoque probato
25 Ars Tibi, difficilem rationem ut ducere posses,
Quid valeat natura, humeri quid ferre recusent,
Ut, dum tempus erat studiisque vacare et amicis,
Dum nati simul egregii et fidissima coniux
Dulce levant animum, multos dum spes et in annos
30 Res multos, vinclis gravibus Te solvere posses
Muneris exacti recte plus lustra novena,
Et faceres, paucis quod contigit, ut bene scires
— Sic monuit Flaccus — mature solvere equum ne
Peccet ad extremum. Memor o si Raspius huius
35 Praecepti noster, dum fata tulere, fuisset!
Ferrea namque viri nimios natura labores
Dum subit, humanos impune excedere fines
Esse nefas sensit. Tua recte caverat hoc mens!
Hinc Te longa manent atque otia grata: manebit
40 Dulce Tui desiderium. Te cum schola nostra
Vidit abire, abiisse simul mihi visa iuventas
Est mea et ipse ego et aequales collegae et amici
Foerster, Maschmeier, Kretschmannus surgere ab imo
Ad summum aetatis visi sumus, ut senio-
45 rem
Te nostrum Foerster verbis dimisit amicis.
Tum simul hoc votum tristem me mente subibat,
Ipse ego ubi ex coetu quondam essem iussus abire,
Sic ego uti possem a nostris dimissus abire

Collegis ut Tu, quem voltu laedere nemo,
50 Nedum verbo umquam est ausus, quem nos seniore
Observare omnes et amare solemus amicum,
Quem, decimae ut pulsu fessis pausa incipit horae,
Frustra quaeremus sermonibus atque iocos
Fabellis curas nostras animosque levantem!



20 Collegis linquens et iu otia digna recedis.
Hoc magnum est, mihi crede! Deus maiora benignus
Concedit Tibi, quod validus membrisque vigensque
 ...pis longi nunc praemia iusta laboris.
 ...hocce mathematico physicoque probato
25 ...scilem rationem ut ducere posses,
 ...ura, humeri quid ferre recusent,
Ut, ...erat studiisque vacare et amicis,
Dum ...regii et fidissima coniux
Dulce ...multos dum spes et in annos
30 Res multo ...ibus Te solvere posses
Muneris exa ...lustra novena,
Et faceres, pa ...igit, ut bene scires
— Sic monuit ...ture solvere equum ne
Peccet ad extremu ...si Raspus huius
35 Praecepti noster, dum ...fuisse!
Ferre namque viri nin ...iores
Dum subit, humanos imp ...fines
Esse nefas sensit. Tua rec ...mens!
Hinc Te longa manent atque ...anebit
40 Dulce Tui desiderium. Te cum ...
Vidit abire, abiisse simul mihi vis
Est mea et ipse ego et aequales co
Foerster, Maschmeier, Kretschmannus
Ad summum aetatis visi snmus, ut senio
45 Te nostrum Foerster verbis dimisit amicis.
Tum simul hoc votum tristem me mente su
Ipse ego ubi ex coetu quondam essem iussus
Sic ego uti possem a nostris dimissus abire